



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

2 Sapiens in verbis se ipsum amabilem facit. Eccl. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

respectum, ipsæ familiaritates non essent, quàm cœlestes dulcedines, & nostræ vitæ domesticæ libertates.

Ex eo quod unus alteri non ferat mutuum respectum oriuntur contentiones in domibus, & ex his contentionibus omnes reliquæ infelicitates.

REGULA SECUNDA.

Sapiens in verbis se ipsum amabilem facit. Eccl. 20.

PARAPHRASIS.

Verba sunt animæ pictura; Illa sunt quæ hanc dignoscere faciunt. Et hæc spiritalis substantia non potest melius quàm in ipsa lingua videri. Quando aliqua anima locuta fuit de aliis rebus, non est necesse, ut de se ipsa ad sui cognitionem loquatur, statim enim quo aliquis audivit id quod dixit, cognosci potest etiam quod antea fuit.

REFLEXIO.

Ipsa felicitas, ut quis ametur, dependet à modo suam regendi linguam. Adæquatè & non nimium loqui, non esse nimis loquacem, nec nimium taciturnum:

turnum : proferre discursus graves & elevatos, & dignè loqui de rebus importantibus & seriosis, dum id necessitas requirit; Simulque quando necessitas est, scire se humiliare. Ridere cum indignis, & ridendo sequi honestas regulas: scire miscere laudes & veritates inter jocos & vexationes. ludendo, neminem ultra alterius honorem & laudem tangere: nihil quam sapienter & modestè loqui cum omni veritate & sinceritate: hoc est sicut deus & omni quo fieri potest modo per verba, quæ sunt imago alicujus spiritus rectè ordinati, hominum lucrari consuetudines.

Bona enim officia hominum inclinationes rarè capiunt, munera tantum oculos tangunt. Oportet conversari ut quis amet aut ametur.

Sunt autem verba sapienter & cum respectu prolata, per quæ nascuntur inclinationes immortales, & hæc nobilitas & famosæ amicitia, quas videmus, quæ olim inter amicos videbantur.

Homines Politici, Consilarii, & famosi Judices & doctrinâ præditæ per

nae suam reputationem & fortunam eorum prudenti & discretæ linguæ adscribunt.

Fœminæ, quæ magis æstimantur & considerantur in hoc mundo, non sunt illæ, quæ majori pulchritudine aut ingenio præcellunt, nec illæ quæ plures res vel scientias norunt; Reputatio & honor quem per has admirabiles qualitates obtinent, citò prætereunt. Hinc nulla constantius & perfectius amatur, quàm quæ prudens & discreta est in verbis.

Sicut autem videtur nihil esse facilius, quàm suam regere linguam; Sic etiam videtur, quod nihil sit facilius quàm ut quis ametur.

Quod tamen rarum est, quia sæpe nolumus taliter loqui pro ut audientibus placet. Desideramus enim dicere, quod nostræ perversæ inclinationi placet, & libentius insupportabiles aliis sumus, quàm conemur retinere aliqua inconsiderata verba, aut ea cum modestia & humilitate proferre.

Sæpè convenimus ad societates &

G 6

con-

conuersationes non nisi ut monstremus
nostram insaniam & pudorem, quæ tu-
men in aliquo inordinato ingenio ma-
gis deberent esse reeta. Volumus tamen
ut illud appareat, quia volumus loqui.
Pro foeditate coperienda, mascara
excellens inventio; Stultitiæ verò ipsius
silentium: esset enim illa coram oculis
hominum incognita, si stulti possent
tacere.

REGULA TERTIA.

*Sapiaentia absconsa, & thesaurus
visus, quæ utilitas in utrisque
Eccl. 20.*

PARAPHRASIS

*Homo sapiens alijs injuriam facit, quoniam
do nihil loquitur. Thesaurus abscon-
ditus & sapientia muta sunt equaliter
inutiles. Melior enim est, qui celat sa-
pientiam, quam qui abscondit sa-
pientiam suam.*

REFLEXIO.

Persæpè accidit, ut ii qui ingenio pre-
lent, & qui multa sciunt, valdè pauca
loquuntur.